ſchiedne
ſchichte.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0001-1

Sammelband Lex. 200

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0002-7

30.

# ANTITHESIS FIGVRATA VITAE CHRISTI ET ANTHICHRISTI.

AD LECTOREM
Euſebius.

Quã male cõueniant cum Chriſti pectore Ieſu:
Pontificũ mores: iſte libellus habet.
Hæc lege: qui uerę pietatis amore moueris
Hoc pius: & lecto codice: doctus eris.

g.K.5.3490

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0003-2



Iheſus ergo cum cognouiſſet: quia venturi eſſent vt eum raperetur: &
facerent Regem: fugit iterum in montem ipſe ſolus. Iohan. vi. Regnũ
meum non eſt de hoc mundo, Iohan. xviij. Reges gentium dominã=
tur eorum: & qui poteſtatem habent benefici vocãtur Vos autem non
ſic. Sed qui maior veſtrum fuerit, ſit tanquã minor. Luce. 22.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0004-8



Nos eam ex ſuperioritate quā ab Imperio non eſt dubium nos habere quod ex poteſtate in quā vocante Imperio Imperatori ſuccedimus. Cle. paſtoralis ad finem de ſen. & re iudi. Summa ſummarum. Aliud nihil eſt in Iure Canonico Papę inuenire: niſi vt ſuum Idolum & Antichriſtū ſuper omnes Ceſares, Reges & principes extollat, ſicut S. Petrus prius prędixit. Venturos pſeudoprophetas dominationē contemnentes. ij. Petri. ij.



Milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum. Iohan: XIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0006-9



Imperator Conſtantinus tradidit nobis coronã Imperialem: Phrygiũ: chlamydem purpuream: tunicam coccineam: & imperialia indumẽta & ſceptra. c. Conſtantinus. xcvi. diſt. Eiuſmodi mendacia ad tuendam tyrannidem ſuam confinxerunt: contra omnes & hiſtorias & annales. Neq; eñ vnquam in more fuit Romanis Imperatoribus tales geſtare coronas.



Si ego laui pedes veſtros dominus & magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum em̄ dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, Amen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo: neqꝫ Apl'us maior eſt eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis: Beati eritis ſi feceritis ea.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0008-0



Papa nititur imitari nonnullos tyrannos & Ethnicos principes: qui pedes ſuos hominibus prebuerūt oſculando. Vt verū fiat quod ſcriptū eſt. Quicunq; non adorauerit imaginem beſtię, occidatur. Apocalip. xiij. De huiuſmodi pedū oſculatione non dubitat Papa ſe impudenter in ſuis decretalibus iactitare, c. cum olim de priuileg. cle, Si ſummus pontifex de ſent, excom,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0009-9



Vade ad mare: & mitte hamum & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle. Et aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me & te. Matthei. xvij. Reddito omnibus debita: cui tributū tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem.

Paulus ad Ro: xiij.



Decernimus qui Iuriſdictionem tp̄alem obtinent vel iuſticiā ſecu- larem exercent, taleas vel collectas ſeu exactiones quaſcūq; Eccleſijs vel perſonis eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus p̄- dijs vel quibuſcunq; poſſeſſionibus ab eiſdem eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis. c. i. de immunitate Ecle. li. vi. Sic Papa ſuis mandatis man- data dei dilaniauit. Id quod vnicum eſt opus impiarū & Antichriſtia- narum decretalium eius.

# CHRISTVS.



Qui cum in forma dei eſſet, non arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu innotus vt homo humiliauit ſemetipſum factus obediens vſqꝫ ad mortem. Paulus ad Philip. ij.



Papa putat ſibi parum eſſe honorificum, ſi ſe humiliet. Dum enim nimium ſeruatur humilitas, regendi frangitur autoritas. lxxxvi. diſt. c. quando. Vbi dicit gloſa. Quod verum eſt inter fatuos. Hoc eſt, quatenus cum ſeueritate imperandum eſt Germanis fatuis, tantum nobis tribuunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0013-8



Jheſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Iohannis. iiij.
Si quis vult venire poſt me: abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuã,
& ſequatur me. Matthei. xvi.
Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locus, Iohã.
xix.



Capitulū. Si quis ſuadente diabolo & ſimilia ſatis ſuperq; probant quam libenter Papa crucem aduerſitatis toleret, quū omnes quicunq; manus in ſacerdotes iniiciunt, maledicit, & diabolo tradit. Si etiam fert crucem Papa, vt baptiſati Chriſtiani cogātur eum humeris ſuis portare.



Et alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei, quia ideo miſſus ſum, Et erat predicans in ſynagogis Galilee, Luce, iiij.



Sepe contingit ꝙ Epi̅ ꝓpter ſuas occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus, aut occaſiões alias, ne dicamus defectū ſcientię, qđ in eis reprobandū eſt omnino, ꝑ ſeipſos nō ſufficiūt miniſtrare verbū dei populo, maxime ꝑ amplas dioceſes & diffuſas Gn̄ali conſtitutione ſancimus vt Epi̅ viros ad ſanctę predicationis officiū ſalubriter exequendū aſſumāt. c. inter cętera de offi. ordina. Hi ſunt Epi̅ qui ordinarij officij ſui obliti facti ſunt anīalia vētris, dicentes, Venite ſumamus vinū, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie ſic & cras, & multo amplius. Eſaie. lvi.



Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. Filius autē hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Luce .ix.
Scitis gratiā dn̄i noſtri Iheſu Chriſti, qm̄ propter vos egenus factus ē: cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. ij. ad Corin. viij.



Abſoluimus ab oĩbus iuramẽtis & ne illa ſeruentur vetuimus tam Archiepm̄ Treuireñ. q̄ eius prepoſitũ & oẽs q tũc ipis, capti ſe illis q̊q̊=mõ obligauerũt &c̃. hoc ĩ mandatis damus, vt ſpũali ſimul & materiali gladio tãdiu malignos illos eorũq; fautores inſequãtur, quouſq; cũ in=tegritate poſſeſſiões vel q̃cũq; res eccleſiaſtice hoc facto, vel q̃cũq; pa=cto diſtractę vel direptę ſunt reuocẽtur. c. autoritatẽ. xv. q. vi. Quiſquis ĩ hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cęleſtia minime negabũt. 23. q. 5. c. oĩm, &. q. 8. c. omĩ. Nouit oĩpotens ſi q̃libet veſtrũ morietᷣ qꝫ ꝓ veritate fidei & ſaluatiõe patrię, ac defẽſiõe Chrianoꝝ mor tu⁹ ẽ, & ideo ab eo p̄miũ cęleſte cõſequetᷣ. Sꝫ hoc ẽ de ſuis reb⁹ adeo certũ eſſe, vt ꝓ bonis habeãtᷣ, etiã ſi ꝑpt̃ eas chrian⁹ ſanguis effundatᷣ.



Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper pullum aſinę. Matthei. xxi. & Iohann. xxi. Sic venit Chriſtus vectus aſino alieno, & manſuetus. Necꝫ vectus eſt ad regendum & imperandum, ſed ad beatā mortem nobis omnibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0020-6



Clerici omnes ſunt Reges, & hoc deſignat corona in capite. c. duo. xij. q. i.
Papa poteſt vehi inſtar Imperatoris, & Imperator debet ſtator eius eſſe & frenum equi eius tenere, vt pontificalis apex non vileſcat. 96. diſt. c. Conſtantinus.
Super gentes & re gna Pontifex Romanus a domino cõſtitutus. Extra= uaganti, Super gen tes Iohan, viceſimi ſecundi.



Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris. Non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamēta, neq; vir-gam. Matthei. x.

S. Petrus dixit. Aurum & argentū non habeo. Actuū. iij. Vbi eſt ergo patrimonium Petri?



Epiſcopi non in caſtellis neqꝫ in modicis ciuitatibus debent conſtitui, ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem locum titulandus eſt & denominandus Epiſcopus. lxxx. diſt. c. Epiſcopi. Sanctorū Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur. lxx. diſt. c. ſanctorum.



Non veniet regnum dei cum obſeruatione, Necꝫ dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos eſt. Luce. xvij.
Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionē veſtram? Sine cauſa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum Matt. xv. & Eſaie. xxix.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0024-9



Antichriſti regnũ prorſus eſt in rebus exterioribꝰ. Quid enim aliud dicit Ius pontificũ quã ordinationes de Caſulis, veſtibꝰ, coronis, feſtis, cõſecrationibꝰ, beneficijs, ſectis, ordinibus, monachis, & ſacerdotibus. Et nominant, vt ſeſe ita ſua bona & facultates bona ſpiritualia, ſe ſolos Eccl'iam Catholicam, quaſi vero ꝓphani ſiue laici, neq; in eccl'ia ſint, neq; dei, cõtra omnẽ ſcripturã. Preterea etiã ꝓhibet cibos & matrimonium, quẽadmodũ Paulus ante p̃dixit. In nouiſſimis tpibus diſcedent quidã a fide, ꝓhibentiũ nubere, abſtinere a cibis. i. Timo. iiij.



Inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas & nũmu-
larios ſedentes, Et cũ feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit
de templo, oues quoq; & boues & nũmulariorum effudit ęs, & menſas
ſubuertit. Et his qui columbas vendebãt, dixit. Auferte iſta hinc, & no-
lite facere domũ patris mei, domũ negationis. Iohã. ij. Gratis accepiſtis,
gratis date, Matthei, x, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, Act, viij.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0026-0

# ANTICHRISTVS.



Hic ſedet Antichriſtus in tẽplo Dei, oſtendens ſe tanquã ſit Deus. Sicut Paulus p̃dixit. ij. ad Theſſa. ij. Cõmutat & ſubuertit om̃es diuinas conſtitutiones, quẽadmodũ Daniel dicit. Opprimit ſacram ſcripturam, vẽdit diſpenſatiões, indulgentias, pallia, ep̃atus, bñficia, tollit theſauros ſęculi, diſſoluit matrimonia, grauat ſuis legibus cõſcientias, sancit iura, & rurſum eadẽ ꝓ pecunia reſcindit, refert in nũerũ diuorũ ſanctos, ſiue Canonizat, bñdicit & maledicit in quartã gñationẽ, & p̃cipit ſuã vocẽ audiri tãquã vocẽ dei. c. ſic om̃is. diſt. xix. Et nemini ẽ ꝑmiſſũ de ſedis Ap̃lice iudicio iudicare vel retractare. xvij. diſt. iiij. c. Nemini.



Videntibus illis eleuatus eſt. Hic Iheſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Act. 1. Regni eius nõ erit finis. Luce. 1. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur, Et vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit, Iohan. 12.

# ANTICHRISTVS.



Apprehenſa eſt beſtia, & cũ eo pſeudopropheta, & qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius, viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnũ ignis & ardentis ſulphuris, & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equũ, qui procedit de ore ipſius. Apocalip. 19. Tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ dominus Iheſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. 2. ad Theſſa. 2.

Quũ aũt famoſus libellus dici nõ poſſit, niſi complectatur in ſecri= mina & maleficia, manifeſtũ eſt hunc libellũ pro famoſo haberi non poſſe, neq; ſub edictis contra famoſos libellos editis prohibitum eſſe. Quũ omĩa q̃ in hoc inſunt libello, in pontificio ſpirituali Iure, non ſo lum tanquã licita, ſed etiam tanquã Leges & canones inueniantur. Eſt aũt hic libellus hoc potiſſimũ nomine editus, tantũ ad notificandũ bre= uiter fundamentũ ſpiritualis carnalis iuris, precipue pro cõmuni & pub lica vtilitate totius Chriſtiani orbis.

Hæc æqui boniq; conſulite,
Breui meliora ſequentur.

Ib 4187 a
ULB Halle 3
003 732 096
Sb
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0031-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0032-3

# TITHESIS FIGVRATA VITAE HRISTI ET ANTHICHRISTI.

## AD LECTOREM Euſebius.

nale cõueniant cum Chriſti pectore Ieſu:
ontificũ mores: iſte libellus habet.
ege: qui uerę pietatis amore moueris
oc pius: & lecto codice: doctus eris.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473858-p0033-8